Mythologia, Padoue, 1616 - 18 : Mars armé sur son char, précédé par la Renommée

2 médaillons

Auteur(s) : Ferroverde, Filippo (graveur)

Collection Série B - 1581. Pierre Eskrich, Images des dieux (Lyon)

Images, Lyon, 1581 - 62 : Mars armé sur son char, précédé par la Renommée *a pour adaptation ce document*

Collection Série A - 1571. Giuseppe Porta et Bolognino Zaltieri, Imagini degli dei (Venise)

Imagini, Venise, 1571 - 62 : Mars armé sur son char, précédé par la Renommée *a pour adaptation ce document*

Collection Série B - 1612. Pierre Eskrich, Mythologie (Lyon)

Mythologie, Lyon, 1612 - 12 : Mars armé sur son char, précédé par la Renommée *a pour alternative ce document*

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Citer cette page

Ferroverde, Filippo (graveur), *Mythologia*Padoue, 1616 - 18 : Mars armé sur son char, précédé par la Renommée ; 2 médaillons, 1616

Consulté le 17/09/2025 sur la plate-forme EMAN :
https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/7737

Présentation du document

Publication*Mythologiae, siue, Explicationis fabularum libri decem*, Patavii, Apud Petrumpaulum Tozzium, ex typographeio Laurentij Pasquati, 1616
ExemplaireHathiTrust : Getty Research Institute - https://catalog.hathitrust.org/Record/100240830
Formatin-4
Paginationp. 82
Exposition virtuelleLa "Mythologie" et ses gravures
Notice créée par Maria Laura Cucciniello Notice créée le 11/09/2023 Dernière modification le 25/11/2024

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/7737?context=pdf

plurimus naſci ex hominum ſanguine & apud Thraces eximiè colebatur Mars, vt in hoc carmine ait Lycophron:

ὁρκωμοτῆσαι τόν τε Κρηστώνης θεόν.

Sanctè Deum iurare Creſtones item.

Eſt enim Creſtone Thraciæ ciuitas, ac Deus Thracum Mars, vt ait Lycophronis enarrator. Id ea de cauſa dictum fuit ab Homero in lib. θ. Odyſſeæ, quod vbi ſolutus fuit à Vulcano cum Venere implicitus, hic in Thraciam, illa in Cyprum ſe contulit.

τὼ δ' ἐπεὶ, ἐκ δεσμοῖο λύθεν κρατεροῦ περ ἐόντος,
Αὐτίκ' ἀναΐξαντε, ὁ μὲν Θρῄκηνδε βεβήκει.
Ἡ δ' ἄρα Κύπρον ἵκανε φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη.
Hique, vel funt illis duriſſima vincla ſoluta.
Diſcedunt ſubito. Thracas mox ille petiuit:
Ipſa Venus Cyprum petit alma nata Dione.

Habuit hic Deus multa cognomina à locis, in quibus templa erecta fuerunt vel ab euentis, vel ab iis qui dicarūt tēpla. Sic Cădæus, & Mamertus, & Rhacius, & Equeſtris dicitur: quem tamen nihil eſſe aliud quam bellum putauit Heraclides Ponticus, vt patet ex his eius verbis: *ὁ δ' Ἄρης οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἄλλο, πλὴν ὁ πόλεμος, παρὰ τὴν ἀρὰν ὠνομασμένος, ὑπὲρ ἐστὶ βλάβη. Nihil aliud Mars eſt quàm bellum, ita ab imprecatione nominatum, ſiue à detrimento.* Et Orpheus in hymno in Martem furorem belli ac rabiem in animis hominum Martem eſſe putauit, vt patet in his.

Ἄρες ἄναξ δολόδουπε, φόνοις πεπαλαγμένε αἰεί.
Αἵματι ἀνδροφόνῳ χαίρων, πολεμόκλονε φρικτέ.
ὃς ποθέεις ξίφεσίν τε καὶ ἔγχεσι δῆριν ἄμουσον.
Mars Rex perpetua ſanieq; & cæde cruenta:
Horrende, humano gaudens & ſanguine numen
Qui gladijſue haſtiſue cupis contendere ſemper.

Hic Deus in Lemno colebatur, cui fiebant ſacra humanis hoſtijs: ſed cum res crudelis videretur, mox ritus mutatus eſt, & modo ſus caſtratus, modò verres illi mactabatur, quamuis propria fuit victima equus ob ſimilem illi ferocitatem: Lupus ob perſpicacitatem: canis ob vigilantiam & Gallus, & picus, ac vultur. Neque illud prætermittendum ſanè hoc loco duxerim, quòd poetę bellorum Deum Martem exiſtimantes illi Timorem & Iram & Clamorem comites addiderunt, qui Deum ipſum aſſiduè conſequerentur: licuit enim omnibus poetis quidquid collibuiſſet pro ſuo ingenio de Dijs confingere. Hunc Deum, quia nullam propriam haberet arborē, gramine coronabant, quam herbam, abductis per bellum agricolis, fouere videbatur, cùm pateretur illam late ſer-

pere

Digitized by INTERNET ARCHIVE
Original from THE GETTY RESEARCH INSTITUTE
Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/7737?context=pdf